



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et  
Martyrologium

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

Vita Divi Columbani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

fructu fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini Dei tui. Parva sunt praesentis vita bona, comparatione futorum bonorum: sed qui in his fideliter laboret, in illis feliciter requiescat. Ille sanctus, ad cuius concurrens festa voluisti, pro multorum laboravit salute, ideo plurimorum praemia in die iudicij suscepturus erit. Seipsum abstinentiam macravir rigore, aliis per predicationis profuit sedulitatem: ideo laudabilis omnibus extat, juxta vocem sapientissimi Salomonis, Memoria justi cura laudibus, & nomen impiorum putresci dum vita justorum laudabitur, iniquitas impiorum quasi Ierucus destratur ab omnibus. Quid est felicis, quam in bona conuersatione à Deo perpetua promeret beatitudinis gloria, & omnium ore laudari. Cogitemus quotidie, quia fiducia veniamus ante tribunal summi iudicis, quid boni operis nobiscum referamus: aquitas illius nullius accipiet personam, sed unicuique reddet secundum opera sua: & qui plus laborat in opere Dei, plus mercedis accipiet in regno Dei. Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea viriliter suam operetur salutem. Omnibus ecclesiis regni janua patescit, sed meritorum qualitas alium introduceret, alium expelleret. Quam miserum, hominem à gloria excludi Sanctorum, & aeternis cum diabolo depatri flammis, peccatorum sarcina animam submergit in tartara: justicia abundantia ad celestem evehit gloriam, frequentermus sapientiam Ecclesiam Christi, audiamus in ea diligenter verba Dei: & quod autem percipimus, hoc corde retineamus, ut boni operis fructum feramus in paternitate, & fraterno amore unusquisque alium adjuvare studeat: habemus præclaras sanctissimam Patris nostri abundantia exempla in omni charitatis officio, in fidei fervore, in spei longanimitate, & perseverantia torius bonitatis illius quem tanta celebramus laude, & tanto diligamus amore, tota mentis intentione in omni conuersatione sancta ejus sequamur vestigia, quatenus viam vita illius currentes, aeterna beatitudinis cum illo gloriam accipere mereamur, auxiliante nobis Rege aeterno Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat.

Deus per omnia secula seculorum,  
Amen.

S A N C T I V E D A S T I V I T A E F I N I S .

## P R O L O G V S I N V I T A M S A N C T I C O L V M B A N I .

**R**UTILANTEM, atque eximio fulgo re micantem sanctorum præfulum, atque monachorum vitam, solertia nobilium condidit & conscripsit doctorum, scilicet & posterioris alma redolerent prisorum exempla. Egit hoc a seculis rerum fator aeternus, ut suorum famulorum famam commendaret perennem, utque præterita gesta linguerent futuri exempla: & de præcedentium meritis, vel imitando exempla, vel memoriz commendando, ventura soboles gloriaretur: quorum beatus Athanasius Antonii, Hieronymus Pauli & Hilariensis, vel ceterorum, quos cultus bona vita laudabiles reddebat, Posthumianus vero, Severus & Gallus, Martini egregii præfulus, nostris memoriam dimisere fecerunt, plerique aliorum, quos aut fama, aut bonorum operum exempla, vel virtutum commendare monumenta, ut sunt columnæ Ecclesiarum, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, qui inter tot seculi turbines, fluctuantे mundo, statum Ecclesie sustentaverunt: nec flatu aduersante iniquo, ac hereticorum procella quatiente, vera fidem aduersitas macularet. Quorum nos exempla temerario conatu fecerunt, qui nec meritorum supplemento, nec facundia flore sufficiunt, nec elucubrata scientia fonte, tanti patris nostris seculis resplendens Colubani

aggregidur texere gesta. Erit tamen nostrorum arbitri dictorum, virtutum largitor immensus, qui illi & gratia sua munera, & vita perennis largitus est coronam.

## S A N C T I C O L V M B A N I A B B A T I S V I T A .

### C A P U T I .



O L U M B A N U S igitur, qui & Columba ortus est in Hibernia insula, quæ illi in extremo oceanis sita, & spectat Ticanis occasum, dum virtutis orbis, & lux occidua ponti descendit in umbras: unde denuo peracto cursu noctis irradiat totum redivivo lumine mundum. Insula hujus situs, ut fertur, est amoenus, ac adversarium exterarum carens bello nationum. Hanc & Scotorum gens incolit, gens quamquam absq; reliquarum gentium legibus, tamen in Christiani vigoris dogmate florens, omnium vicinarum gentium fidem præpollit. Natus ergo hic inter primordia fidei gentis illius est, vir ite beatus, ut sed, quam in secundum ex parte gens illa habebat, suo ac fodalium suorum munimine, culta uberi focundaretur. Sed priuilegium lucem vita præsentis caperet, quid ante eius ortum actum sit, non est silendum. Nam cum ejus genitrix alvo gravida teneretur, subito per intepstam noctem sopore depresso, vidit eam suo rutilantem solem & nimio fulgore inicantem procedere, & mundo magnum lumen præbere. Postquam autem sopor membra laxavit, & cacas surgens tenellas aurora fugavit, intra semetipsum pensare coepit quæ viderat: & canticis gaudio, tante vibonis vim sagaci animo trutinans, solamini supplementum à vicinis petit, quos doctrina solettes reddidit, quarens ut tantæ visionis mysteriū sapienti corde rimarentur. Tandem peritorum librariae responsa recepit, se egregia in dolis vtero concepisse viu, qui & sua saluti utilia, & proximorum provideret utilitatem opportuna. Quem mater poltquam edidit, tanta custodia servavit, ut vix eum vel cognatis, vel aliorum moribus crederet, quoadulq; vita pueri ad boni cultus operis, duce Christo, sine quo nihil boni agitur, aspiraret. Nec immixti solem fulgentem è sinu suo mater prodire consperxit, quia hic a matris universori Ecclesie membris, instar Phœbi fulgere micuit, Dominio dicente. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patrii eorum. Sic Debora supplici voce ad Dominum Spiritu sancto monente, olim loquebatur, dicens, Qui autem diligenter te, sicut sol in ortu suo splendor, sic rutilabunt. Æthereus enim axis siderum distinctione flavescens, scilicet de frequentia celebis lucis speciosus est, sicut dies lux Phœbi aucta splendor, mundo amena resulget: ita corpus Ecclesie cum conditoris sui ditatum opibus, sanctorum augmentato numero, scientia religione nitescit, ut ex frequentia doctorum pullulent luxa subsequentur. Et ut sol vel luna astris, omnia noctem & diem suo nitore nobilitant, ita sanctorum merita sacerdotum, Ecclesie munimenta roborant.

### C A P U T I I .

Praetatis itaq; infantis annis, in pueritia atque pubescens, liberalium literarum doctrinis & grammaticorum studiis, ingenio capaci dare cepit laborem, quem per omne pueritatem & adolescentiam tempus exercens, usq; ad virilem atatem uberi intentione defixit. Sed cum eum elegancia formæ, præsertim corporis candor & pubertas nobilis omnibus gratum redderet, cepit tandem contra eum antiquus hostis lethiferata tela relaxare, ut quem tanto ingenio crescere cerneret, suis habens si valuerit, irriteret. Aggressus est igitur lasciviarum puellarum in eum suscitare amorem, præcipue quas forma corporis, perfunditorio decore, horrendo desiderio in miserorum animos solet immergere. Sed cum se egregius miles tantis

telis

telis undique urgeri compiceret, & micantem sicam callidi hostis se contra ergi cōspexisset, expertus fragilitatem humanam cī d ad procliva labendo demergi, ut Livius air, Nihil esse iam sanctum religione, tamq; custodia clausum, quo penetrare libido nequeat; evangelicū clypeum tenens lāva, ensimque aēcūtem ferens dextra, contra immanes cuneos holtium pugnaturus cōspit pergere, ne frustrato labore, quo potissimum ingenio sudaverat in grāmatica, rhetorica, geometria, & divinaria scripturarū nō ferre, scelus illecebris occuparetur: datus scilicet adhuc fītī mulus urgēdi. Cūm hāc iam penes te volveret, venit ad cujuidam religiosā ac Deo dicata cellulam feminā, quam cūm prius humili voce salutasset, polteā castigare illam juvenili ut poterat hortamine est aggressus. Quā vides in a dōlecentē vigore, Ego, air, utcumque potui, ad bellum progressa exivi: en duodecim tempora voluntur, quo & domo carui, & hunc peregrinationis locum expeti, & nunquam deinceps Christo praeſule, manū ſitam tenens, retrō rēpēxi: & nō ſtragiſ ſexus obſtaret, mare tranſito, potioris peregrinationis locum petiſsem, tu verò adoleſcentia flammis afflans, natale ſolum in collis, & ad fragiles voces. velis nolis fragili tati aurem accommodas, & viſitare te ſeſminum ſexum liberè credis. Non reminiſceris ſuas. Eva Adam dilapsu, Samonem à Daliila ſedūt̄. m. David a pristina juſtitia pūchitudine Berabē corruptum, ſapiens ſlimū Salomonem mulierum amore deceptum Perge, inquit, o juvenis, perge, evade ruinam, per quam multos comporis corruiſſe; declina viam, quā inferi ducit ad valvas. Hujus ergo diſtū ſtimulat̄ adoleſcentis, & ultrā quād adoleſcentem terri crederes, grates tales increpanti reſert: & ſodalibus valēdicens iter arripiuit, materque eius dolore ſtimulata, precaut̄ ut te non relinqueret. At ille, Non, inquit, auditi, qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus? Obſtant matri & limoni oītū inherenti, poſtulat ut ire finifatā autem euſulam, & paſtamento proſtrata, denegat ſe permifuram. Ille enim limen ma- tremque tranſiliit, poſtiquę matrem le latam habeat, il- lum nonquam deinceps in hac vita viſuram, ſed quocun- que ſauit̄ viam iter pandat, te progreſſurum. Relicto ergo natali ſolo, quod Lagerorum terram incole nūcūpant, ad virum venerabilem nomine ſenile perrexit, qui eo tempore singulari religione, & ſcripturātū ſacratū ſcientia & flore inter ſuos poellebat. Quem cum vir ſanctus ingeniū ſagaci ē pectorē, omnium diuinarum ſcripturātū ſtudis imbuit: ita tamen ut fieri alioſet, cum ludendo magiſtri diſcipulos ſeſitari conantur, ut de illo rum ingenio cognofcant, vel flagrantem ubertate ſentim vel negligentem ſomno torpente, cōcepit ab eo ex diſciplīnum quād ſionum materia ſenſus quātere. At ille pavi- do quāquam, tamen ſagaci ē pectorē, ne inobediens ma- gistro appareret, non xenodochiū auctus vitio, ſed magiſtro paendio, veſa vice objecit ſibi elucubrabit, memor illius Psalmodi graphi praconii. Aperi os tuum, & ego ad- implebo illud. Tantum in eis pectorē diuinarum thea- trū ſcripturātū conditi tenebantur, ut intra adoleſcentis, & etatē docēt̄, pſalmotum librum elimito ſermone exponeret, multaq; alia quā vel ad cantum ſunt digna, vel ad docendum utilia, condidit diſta.

## C A P U X III.

**D**icit̄ deinde operam, ut monachorum neſteretur ſociari, ac monasterium, cuius vocabulum eſt Ben-chor, petiit, in quo præful virtutum ubertate lucebat beatus Congellus, egregius inter ſuos monachorum pater, qui vel religionis ſtudio, & regularis diſciplīna cul- tu præcipiūs habebatur. Ibi ſolis orationibus & jejunii vocare cōcepit, & jugum Christi, quod ſerentibus leve eſt, ſuper ſe fert, ſemiplumque ſibi abnegando, ac crucem ſuam tollendo, Christum ſequi: ut qui aliorum doctoſ futurus erat, ipſe quod doctriña didicerat, in ſuo corpore mortificationem ferendo, ubiū exemplo moſtraret, quod aliis implendum fore docuiferet. Peractis itaq; anno-

rum multorum in monaſterio circulis, cōcepit peregrinatio deſiderare, memor illius Domini imperii ad Abraham, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patria tui, & vade in terram quam moſtravero tibi. Con- fessus igitur venerabilis patri Congello cordis ardorem, & ignitum igne Domini deſiderium, de quo igne Dominus in Evangelio loquitur. Ignem veni mittere in terram, quem volo ut ardeat: aidentem patri patetaciebat affe- ctum, ſed non ita patri reperiebat reſponſum, ut ſua peti- tio anhelabat: era enim venerabilis Congello arduli tan- ti ſolaminis pati diſpendium. Tandem tamen aspirare ce- pit, & cordi anteponere, ut non plus ſuā neceſſitati ſtu- deret, quam aliorum utilitati opportuna pararet: nec fine omnipotentis arbitrio fiebat, qui tyronem ſuum ad bella futura erudit̄, ut de ejus victoriis glorioſos referret triumphos, lauantque ſupelleſilem de caſorum ho- ſtium reportaret phalangis: vocatoque eo tristem licet ſibi, tamē alii uilem depromit ſenteniam: ſe & pacis vin- culum, & ſolaminis ſupplementum, comiteſque itineris, quoſ religio claros reddebat, largiturum. Collecta ſanē fratribus certi, omniū orationum iuſſirāgia poſtulat, ut fu- turo itineri ſolamen largitor pietatis tribuat. Viceclimū ergo a tatis annum agens, arrepto itinere cum duodecim comitibus, Chriſto duce ad littus maris accedunt: ibi omni- potens misericordiam praefolantur, ut ſi ſuā voluntati inhaerant, concepi confiliū effeſtū perſuāntur, agnoscuntq; ſecum clementis iudicis voluntatem adēſe: cari namq; ingredi, dubias per freta ingreduntur vias, & miti ſalum properantibus zephyrorum flbris, perni- ciſuſ ad Brīannicos pervenient ſinus. Paulisper ibi- den conmorantes, vires refumunt, aſcipiique animo, anxia cordis conſilia trutinantur. Placet tandem arva Gallica plana terere, & mores hominum ferventi alu- ſiſiſtari: & ſi falſo ibi ferenda sit, quantiſper conmorari: ſi autem obdurateſ caligine arroganteſ mentes reperiant, ad vicinas regionum nationes pertranſire.

## C A P U X IV.

**A** Britanicis ergo finibus progreſſi, ad Gallias ten- dunt, ubi tunc vel ob frequentiam hoſtium exter- norum, vel negligentiam praeful ſeruum religionis virtus pe- nē abolita habebatur, fides tantum manebat Chriſtiana. Nam penitentia medicamenta, & mortificationis amor, vel pauci in illis reperiebatur locis. Agebat autem ve- nerandus vir, ut ad quæcunq; loci progrederetur, verbum Evangelicum annuntiaret. Erat enim gratum hominibus, quia quod facundus cultus adornabat, elucubrante pra- dictioſi doctriña, ſimil & exempla virtutum conſirmab- ant. Tanta enim erat humilitatis ubertas, & vera vice, ſicut de honib; homines ſeculi conantur quātere di- ginitates; ita ille cū ſodalibus ſuis de humilitatis cultu alterum niterentur prævenire: memores præcepit illius. Quā ſe humiliat, exaltabitur: & illud illaſ: Ad quem respiciam, niſi ad humilem & quietum, & trementem fer- mones meos: ranta pietas, tanta charitas omnibus inerat, ut unum velie, & unum nole eſſet omnibus: modetia atq; ſobrietas, manuetudo & lenitas, & quā in omnibus redolēbat. Execrabatur ab hiſ deſidia atq; diſcordia viciū, arroganteſ aut elationis ſupercilium duris castigationum iſtibus ſeriebat, ira & livoris noxa ſagaci in' étiōne pel- lebat. Tanta itaq; patientia virtus, charitatis effeſtū, lenitatis cultus aderat, ut miſem in medio eorum Domi- num patul' non ambigere habite. Si quenquam in hiſ labi in vitiū reperirent, ſimil omnes & quo jure negligē- tent correptionibus cadere ſtudebant: communia omnia omnibus erant: Si quā ſpām aliq; proprium ut ſpare- tent aſſerit, ceterorum conſortio ſegregatus, penitentia ul- tione vindicabatur: nullus proximo contrariaſtē ſe- pendere, nullusasperu ſe monem audebat proferre, ita ut in humana conveſatione angelicam vitam agi cre- deres. Tanta in beato viro gratia redundabat, ut in quo- rumcunq; domibus quantiſper conmoraretur, omnium animos ad religionis cultum defigeret.

Beda Tom. 3.

I 3

C A P U X

## C A P U T V.

**P**ervenit ergo fama beati Columbani adaulam Sigeberti regis, qui eo tempore duobus regnis Auftraliorum Burgundionumq; inclitus regnabat Francis, quorum eximium nomen p̄r̄ ceteris gentibus, qua Gallias incolunt, habetur. Ad quem cum vir sanctus cum suis accessisset, gratius Regi & auxilis ob egregia doctrina copiam redditus. Coepit tandem ab eo Rex quare, ut intra terminos Galharum resideret, nec ad alias gentes transiens se relinqueret, omnia qua ejus voluntas poposcisset se paraturum. Tunc ille ait Regi, Non se aliarum opum tore cupidum, sed Evangelici p̄a conii, in quantum carnis fragilitas non obstat, lectarium exemplum: Qui vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. Cum talia objicenti, Rex p̄bret responsum, Si Christi crucem tollere, & ipsum sequi delicias, potioris eremi festare quietem, tantum ne nostræ ditionis olo relictio, ad vicinas prætranseras nationes: ut & tui p̄mii augmentum, & nostræ salutis præideas opportuna. Data itaq; opione, obtemperans Regis persuasib⁹s eremum petri. Erat enim tunc vasta eremus Volagus nomine, in qua caltum olim dirutum, quod antiquorum traditio Anagrate nuncupabat. Ad quem cum vir Dei venire, iacet aspera escentia vallicate folitudinis, & scopulorum interpositione loca, ibi cum suis refecit parvo alimentorum solamine contentus: memor illius verbi, Non in solo pane hominem vivere, sed verbo vita satiosi affluenti dape abundare, qua quisq; sumpta, esuriem nesciat in eum.

## C A P U T VI.

**E**o ergo in loco viro Dei cum suis commorante, subito unum è fratribus, vel ob probatum, vel ob culpa attrahente, vis februm coepit flagellare: sed cum nulla alimentorum solamina adfuerint, nisi corticum & herbarum pabula præberentur tantummodo, coepit omnium animis aspirare, ut pro agri fratris sojitate, jejuno omnes & oratione vocarent. Tertio die jam peracto jejuno, nihil habentibus unde sella corpora reficerent, subito consciens virum quandam cum panum supplemento, vel pulmentorum equos oneratos habentibus, ante fores altare: qui se referebat subita cordis admonitione actu, ut eis ex tua substantia subveniret, qui canam pro Christo egestatem in eremo sustinerent. Oblatis itaque viro Dei qua detulerat, coepit cum cordis humilitate deposcere, ut vir fatus pro conuge sua deprecaretur Dominum, quam per anni circulum rancus ignis februm urebat, ut jam credetetur superis reddi. Humili ergo & auxilio cordis poscenti, noluit vir fatus denegare solamen, ad huncque simul fratribus, pro ea Domini misericordiam deprecatur, cumq; ille cum suis orationem compleisset, statim ea qua periculum mortis in propatulo habebat, sanitati est redditus. At vero cum vir ejus largita sibi à viro Dei benedictione domum remeāset, inventi conjugem suam domi sedentem, sciscitatusq; qua hora eam vis februm reliquisset, reperit ea hora sanatam tuisse, qua vir Dei pro ea Dominum deprecatus esset. Tranfacta itaq; deinceps paro temporis intervallo, quo pia capituli Christo placamenta ac piamina mensis, per contritionem carnis, injuriasque famis, mortificata Deo membra offerent, ac inviolatum religionis statum servare stiderent, duris acerbitatebus omnis fraudetur voluptas: ut videlicet prædicto virtutum omnium explorator criminum fore: novem transierunt dies, quo vir Dei cum suis non alias dapes caperet, quam arborum cortices, herbasque alterius. Sed temperavit esse ariditatem pietas virtutis eterna: monuit per vilium Abbatem quandam, nomine Carantocum, qui monasterio, cui Salicis nomen est, præterat, ut famulo suo Columba, intra eremus vestitatem confundisset, necessaria deferret. Expergefactus igitur Carantocus cellarum suum Marchulfum nomine, vocat, eique admonitus rei cautam

narrat: at ille, Fac inquit, ut im peratum est tibi. Jubet ergo Carantocus Marchulfum ire, & omnia qua posset, parare, & beato Columbano deferre. Oneratis ergo Marchulfus vehiculis, iter arripuit: sed cum solitudinis ora attigit, viam sibi pandi itineris nequaquam reperit. Fuit autem tandem consilium, ut si in hoc Dei effigie imperium, pramissis equis, imperantis potentia viam aperiatur. Mira itaque virtus, antecedentes equi ignoratum iter unguia callent, restoque itinere ante fores beati Columbani ad Anagratem pervenient. Mirantur ergo Marchulfus, equorum veltigia subsecutus, ad virum Dei pervenit, & quæ detulerat, præsentat. Ille autem grates conditor i reperit, qui sic famulus suis in deserto parare mens non distulit. Accepta ergo Marchulfus ab eo benedictione, callo quo venerat, repedavit, omnibusque rei gestæ causam parefecit. Coepit namque exinde frequentis populi & in firmarium cohortes, ob sanitatem redintegrandam eum frequentare, & omnium infirmitatum suffragia quare: quorum vota cum revocare a se nequiret, omnium petitionibus parens, orationum adjumento constato um ad se viventium infirmitates, divino fultus auxilio, curando subveniebat.

## C A P U T VII.

**I**SDEM in locis evenit, ut per opaca saltus, inter devia idem vir Dei deambularet, & librum humero ferens, de scripturis sacris tecum dispergat: subita cogitatio in mente ruvit, quid de duobus eligeret melius, in hominum injurias incidere, quam ferari, & vitiam sustinere. Cumq; iugiter cogitationem innata severitas, crebro frontem signo crucis armans, atq; orans intra se ait, melius esse ferocitatem bestiarum absque alieno peccati, quam hominum ratibem sustinere cum damno animalium. Dunq; hac animo volueret, conspicit duo decim lupos advenire, & dextra levigat libidinare, manebatque immobilis, atque dicens, Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me felina. Proprius autem illi accedunt, atq; ora vellimentiis suis jungunt: cumq; ille constans astaret, intratum relinquunt, saltumq; per vagantur. Hac tentatione in securitatem trajecta, iter per saltum carpit: cumque haud procul abiit, audit vocem multorum Suevorum per avia oberrantium, qui eo tempore iidem in locis latrociniis exercabant: sicq; damnos per constantiam trajecta tentatione, pepulit adversitatem: sed hoc utrum diaboli fallacia finxit, an rei veritas geslerit, patula non agnovit. Rursumq; secessit a cellula, longiorq; via eremiti valta penetrans, reperit faxum immam, præcepta q; rupis latera, alpæ scopulus terga, avia hominibus, ibiq; conspicit concavum in caute limum: aggressusq; abdito persecutati, reperitus in interiori suo ursi habitaculum, ipsumque interiori residentem. Mitis ergo feram jubet abiit, Nec deinceps, inquit, hos reperas calles. Abiit autem feram mitis, nec profisit est aula repedare: distabatq; ab Anagrat loco ille plus minusq; lepitem millibus.

## C A P U T VIII.

**Q**UODAM in tempore cum in eadam concavitate scopuli solitariam vitam duceret, sicut ejus erat consuetudinis, ut cum Dominicis festi vel quorumlibet sanctorum sacra solennitatibus appropinquaret adventus, ab aliis locis segregatus, & abditis locis receptus, longioris spaciū eremii secreto tutaretur, ut solida mente, & absque curarum inquietudine solus orationi vacaret, & religioni omni conatu intenderet; erat cibus ejus attenuatus, ita ut vis eum vivere crederet, nec aliud penitus, quæ aggressum herbarum exigua mensura, vel pomorum patulorū, quæ eremus illa fecerat, quas etiam Bulgulas vulgo appellant: potus illius aqua erat, ut qui sapere in aliorum curis occupatus, hec que agere nequiret, faciem per intervalla temporum pro parte mensis vota pattrat: eraque in monasterio ejus puerulus quidam nomine Domualis, qui cum certa opportunitas monasterii eve-

nisset,

205  
nisset, solus Patri renuntiaret, ac fratribus observanda referret. Potius ergo in praefato finu eminentis faxi, qui aliud penit aditum denegabat, multis cum iam imbi diebus resedisset, cepit supradictus puerulus sublenti voce conquirere, enim promptu aquam non haberet, sed grandi labore per montis ardua fessis poplitibus deterret. Cui Columbanus inquit: Fili, pauli per faxi terga ciscitare, memento populo Itrae Dominum de caute latces produxisse. At ille Patri obediens, rupem cedere agrestis est. Sanctus itaque vir statim genibus pro voluntate, orationibus deprecatur, ut sua necessitatibus tribuat opportuna. Tandem ejus precibus parens, pie percuti larga subvenit potestas: moxque latice producto, fons cepit manante perennis, qui usque in hodiernum diem manat. Nec immerito misericors Dominus suis Sanctis tribuit poltulata, qui ob suorum preceptorum imperium proprias crucifixorum voluntates, tantum sive pollentes, ut qui eis iustifico dicuntur, poltulaverint, impetrare non dubitent, quia ipse promisit dicens: Si habueritis fidem sicut granum linapis, dicetis monachis in huic transi, & transibet: & nihil impossibile erit vobis. Et alibi: Omnia quecumque orantes petitis, credite: quia accipietis & evenient vobis.

## CAPUT IX.

Cumque jam multorum monachorum societate defatetur, ceipi cogitare, ut portiori loci spatiu quo reteret in eadem eremo, quod monasterium construxerit. Invenit autem caltrum olim fusile munitione canticum, a supradicto loco distans plus minus octo miliaribus: quem locum Luxovium prædicta tempora nuncupaverant. Ibi aqua calida cultu eximio constituta habebarunt, ibi imaginum lapidearum densitas vicina fatus denibat, quas cultu miserabiliter situque prophano vetusta paganorum tempora honorabant, quibusque exercitabiles ceremonias litabant. Sol et bi beltis & feræ uororum, bubalorum, luporum multorum frequentabant. Ibi rebens vir egregius monasterium construere cepit. Ad cuius famam plebs undique concurrebat, & cultui religionis dicare curabat, ita ut plurima monachorum multitudine adunata, vix unius cenobii collegio confidere valeret. Ibi nobilium liberi undique concurrere nitebantur, ut spretis phaleramentis tectuli, & prædictum pompa facultatum contententes, aeterna premia caperent. Quod B. Columbanus certos, undique ad penitentiam medicamina plebem concurre, & unius cenobii septa tantam conversantium cohortem abique difficultate non continere: quamvis mente una & corde uno, tamen conversatione tantu[m] inicitudinis incongruum, alium experimento locum querit, quem aquarum irriguitas adornabat: aliud que monasterium construxit, cui ad Fontanas nomen indidit, deditque gubernatores proximos, de quorum religione nihil dubitabatur. His ergo in locis monachorum plebis constitutis, ipse vicissim omnibus intererat, regniamque quam tenerent, Spiritu sancto repletus condidit, in qua autem qualis & quantæ disciplina vir sanctus fuerit, prudens lector vel auditor agnoscat.

## CAPUT X.

O itaque tempore quidam frater nomine Auciernus pulsat aures virti Dei copit, ut peregrinandi causâ in Hyberniam perveniret; cui Columbanus ait: Pergentes in eremum, voluntatem Domini probemus, utrum desideratum arripiatis iter, an in cœtu fratrum permaneas. Pergentes ergo simul, terrum adolescentem nomine Soniarium, qui adhuc superis junctus est, in comitatum sumperunt, & ad destinatum in eremo locum venerunt, unius panis tantum cibo contenti. Cumque jam duodecimus transiit dies, nec quicquam panis fragmenti remansisset, hotaque refractionis appropinquaret, imperatur a Patre, ut per prærupta ruris eant, atque ad ima vallis perveniant, & quicquid ad cibum opportune reperiant, deferant. Ovantes illi per concava vallis, Mosellatenus

per venerunt, capturamque piscium olim à pastoribus conservaram, & undis oppotram cernunt: accedentesque, quinque magnos reperiunt pisces, sumenteque tres qui adhuc viverent, Patri presentando velunt. At ille: Cur, inquit, non quinque detulisti? Respondent, mortuos reperiisse duos, proinde reliquise. Et ille: Nequam, ait, ex his comedetis, nisi quos dimibitis, venerint. At illi miraculo perculsi de providentia divina gratia, penitus cursu locum repetunt, pisces relictos deferunt, increpantur cur repertum manna reliquisti, & sic cibos parare jubentur: nempe Spiritu sancto vir Dei plenus, noverat siō à Domino pafsin dapes paratas. Alia quoque vice, cū in eadem solitudine moraretur, non tamen eo in loco, jam quinquaginta dies transierunt, unusque cantus de fratribus cum eo erat, Gallus nomine: cui ille imperat, ut ad Bruscam eat, piceque capiat. Ille abiit, recteque duxit, ut ad Ligonem annam pergeret. Quo cū pervenisset, retinque in alveum iacta visset, aspicit tam multitudinem adversus, nec proflus à teste teneri, sed velut in parietem impingeret, retrò reverti. Laboravit itaque per totum diem, nec vel unum caper quivit. Revertus itaque renuntiat Patri defructatum laborem: ille in obedientem increpat, cur non ad denuntiatum locum properasset, aitque denuo, Vade citro, & ad denuntiatum perge locum. Pervenit itaque, & undis rete opposuit, tantaque pescium copia impletum est rete, ut vix præ multitudine trahi posset. Hac nobis supradictus Gallus sapientia narravit.

## CAPUT XI.

MORABATUR autem alia vice in supradicto scopula, ubi unu, a quo usum expulerat, diuque ibi oratione & jejuniu corporis affixerat. Cognovit ergo per revelationem, fratres qui penes Luxovium erant, diversis morborum generibus vexari: nec amplius remansisse, quam qui a gratio administrabant. Egressus itaque de specu, ad Luxovium venit. Cumque omnes afflicti cerneret, imperat ut omnes surgant, atque ad messem in area virgas cadant. Surrexerunt ergo, quorum conscientiam obedientia ignis uecerat, ad areamque venientes, virga messem cederet cum fidei gratia aggressi sunt. Vident ergo Patrem fidem in filii, & obedientiam gratiam abundare, ait: Sinite, inquit, sella ægritudine membra à labore reficere. Mirantur de solpitate obedientes, nullo dobris vestigio remanentes, mensaque parare juberet, ut uberti gaudio omnes reficerentur. Increpantur deinde inobedientes, ignorvia fidei agitur, longitudo ægritudinis eis denuntiatur. Mira ultio: nam supra metam anni inobedientes ægritudinis poena ita vehementer exsuffit, ut vix mortem evadent, impleveruntque mensuram penitentia de suscepso inobedientiæ tempore.

## CAPUT XII.

INTEREA tempus evenerat, ut copia segetum horreis conderetur, nec proflus vis ventorum nubes compilare cellabat. Urgebat lanè necessitas, ne marita messis spicæ in stipula germine missa perirent. Eratque vir Dei apud Fontanas cenobium, ubi & messium copiam novus ager locupletem tenebat. Irruebant enim ventorum flabra cum vehementia imbrum, nec omnino nubila celi dare terris pluviam quiescebant. Quid inter hac vir Dei ageret, anxi corde pensabat. Armavit mentem fides, docuit imperare opportuna: accersitque omnes, ac segetem præcidi jubet. Mirantur illi Patris imperium, nec tamen quisquam Patri cogitatum depromit. Venient ergo omnes, falceque inter diffusiones imbrum secent segetem, Patremque quid agat, conspiciunt. Ille autem quatuor plenos religione viros, per quatuor angulos messi præponit, Cominum, & Eunicum, ac Aequum ex Scotorum genere, quartumq; Gorgonum, genere Britonem. His ordinatis, ipse cum reliquis militem medius præcidebat. Mirra virtus: fugiebat imber à segete, & undique pluvia diffundebatur: mediostamen

meffores solis ardor torrebat, & tuisque vehemens, quouſque meſſem conderent, affavit. Sic fides & oratio me-  
ruit, ut pulsā pluvia & ſum inter imbræ haberet.

## C A P U T X I I I .

**E**RAT enim tunc temporis dux quidam, nomine Waledenus, qui gentes, quæ inter alium ſeptra, & Jurani ſaltus arva incolunt, regebat: huic ſoboles nulla erat, ut Juvence de Zacharia & Elisabeth ait, gratus ut donum jam desperantibus eſſet. Hic cum conjuge ſeā Flaviam no-  
mine, & genere & prudentia nobili, ad B. Columbanum ex Velacionenſi oppido pergit, precantes ſimul, ut pro eius Dominum deprecearetur, dicente que ſe multis opibus eſſe dictatos, ſed cui hæreditatem post obitum relinque-  
rent, hæredem non haberent. Quibus vir sanctus: Si, in-  
quit, voti veftri eſt, ut largitoris donum eius nomini con-  
ſeretis, mihi ex lavacro ſuſcipiendo tradatis, pro  
vobis Domini clementiam implorabo, ut non ſolum eum,  
quem Domino voeatis, habeatis; verum quanta volu-  
tatis, pōſtignora ſuſcipiat. At illi lato animo promi-  
tuot, ſe eius imperiis parituros: tamen pro ipſis Domini  
mifericordiam non defnat implorare. Spondet vir Dei  
muneribus plenus, ſe in promptu habere: tanquam ne pa-  
di ſedus itudine violare. Micrum diu, mox domum  
reuant, donum Creatoris alvo gravida, mater futura  
expectat. Editum autem puerum ad virum Dei defert,  
ſuis orationibus largitum munus demonſtrat, grates con-  
ditori agit, qui ſic ad petitiones famulorum ſuorum qua-  
ſia dona largiatur. Quem vir sanctus ſuis manibus rece-  
ptum ſacravit, facio lavacro ablucum ipſe ſuſcepit:  
donatumque nomen imponit, matrice ad nutriendum  
reddit. Qui pōſt alius, in eodem monasterio ſapiens à im-  
butus, Velacionenſis Pontifex eſt praefatus, nunc uique  
ſupererit eandem cathedralē regens. Qui pōſt in amore  
B. Columbani, ex ipſius regula monasterium viatorum  
conſtruxit, quod Palatium nuncupant, ob veterum mo-  
numenta murorum. Addidit pōſt eum bonitatem largior  
famuli ſui promiſum, aliud filium Ramelenum nomine,  
qui nobilitate & ſapiencia polens, poſt obitum patris in  
eius honore eſt ſufficiens: quamvis ſeculari habitu,  
in Creatoris amore vigil. Nam & ipse amore beati  
viri, in falu Jurenſi, ſuper Novifonam fluviolum mona-  
ſterium ex eius regula conſtruxit, in quo Agrium Abba-  
tem praefecit: addidique adhuc duas filias priftino mu-  
neri, & ſeculo nobiles, & Christi timori deditos. Poſt iſta  
munera mater ipſorum Flavia, poſt mariti obitum, mo-  
naſterium puellarum conſtruxit in ſupradicta urbe Velo-  
cioneſis, & omni munimine roborans, multarum puella-  
rum conſicionem adunavit. Tanta autem in eis viri Dei  
gratia flagravit, ut omnia phaleramenta praefatis vita  
conterantur, ad omnipotentis Dei cultum anhelarent.

## C A P U T X I V .

**H**IC verò aliqua inſerere niſimur, quæ licet parva ho-  
minibus videantur, erunt obreſtatorum latribus  
patentia, conditoris tamen largitio & quæ in minimis, ut  
in magnis mifericorditer aspirat: nec differt in modicis  
aurem pietatis accommodare, ſicut in maximis exaudit  
vota perentis. Quidam etenim die cum vir egregius Co-  
lumbanus ad praecedendam meſſem cum fratribus penes  
Calmen, quam Banianicam vocant, veniſſet, & blando  
commodoque Austro flante, falce ſegetem fecarent, eve-  
nit ut unus eorum Theodegifuſis nomine, digitum falce  
præcideret, nec proſrus hæret, præter parvę pelliſ reten-  
taculum. Itaque ſtancte vir Dei Theodegifuſum cernens à  
longe, imperat ut coepit opus cum ſodalibus perficiat.  
At ille rei geſta cauſam promit, celer autem ille ad ipſum  
properat, digitumque illi ſum ſalivā priftinā ſtatim ſanita-  
ti reſtituit, imperatque ut celer ad coepit opus vires au-  
geat. Cepti ergo cum gaudio geminare laborem, ac pra-  
eateris ad praecedendam ſtipulam uberiori ſurgere, qui du-  
dum de praefito membro animum mœrori ſubdidera-

Hac nobis ipſe Theodegifuſus narravit, digitumque mon-  
ſtravit. Et in ſupradicto cenobio Luxovio tale quid vice  
alii geſit ſimile: nam quidam preſbyter ex parochianis,  
pater Boboleni, qui nunc Bobeniſi cenobio praefet, Wi-  
nicofus nomine, ad B. Columbanum venit: eratque ille  
in laitu cum fratribus ob ligiorum opportunitates paran-  
das. Cumque ſupradictus Winicofus ſuperveniſſet, mi-  
ransque aſpiceret, quantā vi truncum querulus cuneus arie-  
teque partirent, elapſus ē trunko cuneus, medianam frontē  
ſecavit, ac venarum profluas ſanguinis undas produxit.  
Videns autem vir Dei Columbanus deteſtum ſe, ſanguinem  
fluente, ſtatiu in terram orans ruit, ſurgenque ſali-  
va illitum, ſanum reddidit, ut vix catarricis veſtigium  
remaneat. Alij vice cum ad cibum capiendo veniret  
B. Columbanus in ſapē ſato cenobio Luxovio, tegumenta  
manuum, quæ Galli Wantos, id eſt, chirotēcas vocant,  
quos ad operi laborem ſolitus erat habere. ſupra lapi-  
dem, qui ante fore ſelectoriū erat, depoſitū. Moxque  
quiecedidit, corvus ales rapax advolavit, unumque ex  
eis rostro ferens abſtulit. Peracta autem refectionis horā,  
foſis vir Dei rediens, egumenta manuum requirit. Cum  
que onnes inter ſe conquirerent, quis abſtulit: vir ſan-  
ctus ait, nullum aliud eſſe qui sine conuenienti aliquid  
præsumeret contingere, nil alitem. qui à Noe dimiſus ad  
arcam non temeavit: addidique ſe nullo modo fuos  
pullos alitum, b. rapax furū celeri volatu non referet.  
Expectatibus autem omnibus fratribus in medio ſororum  
corvus advolat, male ſublatum furutum rostro reportat,  
neq; ſe penigerā conatur ripere fugā, ſed mitis ante om-  
nium conſpectum, oblitus ferocitatis, uitioſem expeditat.  
Quem vir sanctus abire imperat. O mira eterni iudicis  
virtus, qui tanta ſuſ famulis præstat, ut non ſolum homi-  
num honoribus, ſed etiam avium obedientiā clareant.

## C A P U T X V .

**P**ATRATUM deinceps aliud miraculum, quod per B. Co-  
lumbanum, & eius cellararium factum fuit, retero.  
Cum iam hoc à refectionis appropinquaret, & minister  
refectorii cervilam administrare conaretur, quæ ex fru-  
mento & hordei ſucco excoquitur, quamque præ cæteris  
in orbe terreni gentibus priger Scordicas & Dardanas  
gentes, quæ oceanum incolunt, uirant, id eſt, Gallia, Bri-  
tannia, Hybernia, Germania, cetera que quæ ab eorum  
mortibus non defiſcunt, vas quod Typrum nuncupant,  
ad cellararium deportat, & ante vas, quod cervilam con-  
ciut erat, apponit, tragoque ferracio meatim in Ty-  
prum curtere linet. Q. em ſubito B. Columbani Patris in  
perio aliis e fratribus vocavit. At ille obedientia igne  
ardens, oblitus meatum referare, pernici curſu ad beatum  
virum pergit, ferraculum, quem Duciolum vocant, manu  
deferten. Poſtquam autem ſibi vir Dei, quæ voluerat im-  
perata deprompit, recordatus negligenter, celeriter ad  
cellararium redit, conſciens nihil in vale, de quo cervi-  
lia recurrebat, remansile: intuituque eſt ſupra Typrum  
cervilam crevile, & ne minimam ſullam foris cecidiſſe,  
ut crederes in longitudine Typrum geminatum eſſe, ut  
qualis & quanta rotunditate in ſtra Typrum ineras coro-  
na, talis in altum crevile ſurna. Quantum imperantis  
imperium, quanta obedientia obſequientis, ut hi utriusque  
triliciam Dominus voluſet avertere, ne h. fratum  
ſubſtantiam, & imperantis & obedientis ardor diminuſſet, ambo ſe à licitis alimentoſ abdicarent. Sique aqua  
arbitri occurrit, ut utrorumque culpas ablueret, quas illiſ  
ſi cauſa veniente, vel Domino permittente fuſſent patra-  
ta, ambo ſuis noxiſ eveniſſe aſſeruerent.

## C A P U T X VI .

**E**ODEM in tempore actuū eſt, ut per densa ſaltus vi-  
burna fruticum ſolitudinis amator, quæ propter Fre-  
demungiacas culmen erat, vir Dei ambularet, reperitque  
cadaver cervi, quem luporum feritas peremerat, uſum  
devorare velle: cuius jam ſanguinem lambens, exiguam  
partem carnis voravit. Ad quæ vir Dei accedat, in crepanis

ne corium, quod ad usum calceamentorum necessarium erat, lacereret. Tunc bestia oblitus ferocitatis, miris esse ceperit, & contra naturam absque murmur blandiens, arque colla submittens, cadaver reliquit. Quod vir dei ad fratres rediens indicavit, in eum locum ut irent, & de cervi cadavere corium avelerent. Abeuntes ergo fratres reperirent undique rapacium alitum procul multitudinem abesse, nec ad cadaver supra virtutem interdicatum accedere audere, diuque expectantes a longe, si vel fera vel avis audaci conatu prohibita etas urgeretur prædam capere, conficiunt ad odorem cadaveris lupos adventare, & præcul adstantes, ac si mortiferum ac lethale aliquid evitare, ac celeri fugâ omittere. Moranteisque alia vice penes Luxovium Columbanus, Winicofus presbyter, cuius superius fecimus mentionem, ad eum venit, sequebaturque Winicofus Columbani vestigia quoconque ire; vena runtque ad horreum quo frumenta decebantur, alpinusque Winicofus parvus pendens copia exiguitatem, ait tenor habere panis abundantiam, quo tanta multitudine alatur, curque genitrix torpeat quærendi frumenta, in crepat. Cui B. Columbanus respondit: Si rite conditoris sui defervient plebes, nunquam per eum elutum scient; sic enim praconcinenis vox Psalmographi concelebrat: Non vidi justum derelictum, nec semen eius quarens panem. Perficiè fatre horreum replet, qui de quinque panibus quinque millia hominum satiavit. Manente denique nocte illa ibi Winicofus, viri dei fide & oratione horreum repletum est: manèque consurgens Winicofus, iuxta horreum trahens inopinatò horreum certit apertum, clavigerunq[ue] simul ante oltum stantem. Scificatur autem, quis hoc direxerit, aut que plaustrorum congeries hac frumenta devexerint. Cui horrei cultus ait: Non ita est, ut putas: nam cerne, si vestigia plantarum, vel jumentorum telluri impresa apparent: nequaquam enim claves à me hac nocte discesserunt, sed obserato horreum ostio, divino solamine, frumento repletum est horreum. Cœpit autem illi de industria intentio oculis terram respicere, & deferentium vestigia diligenter examinatione cognoscere. Cumque nihil horum simile quid reperiisset, ait: Potens est Deus servis suis parare mensas in deserto. Trajecto autem exinde temporis intervallo, venit B. Columbanus ad Fontanas coenobium, reperiret fratres sexaginta sarculo terram colere, & feminis fuoro confundis arylum parare: cumque vidisset eos magno labore glosas incindere, ait: Sit vobis, o fratres! Domino collata recessio. Quo auditio minister ait: Pater mi, non sunt nobis amplius quæ duo panes, & parum cervisia. Ille: Vade, inquit, & defer huc. Concito ille grado perrexit, ducesque panes & parum cervisia derulit. Intuens autem celos S. Columbanus, ait: Christe Jesu, unica spes orbis, tu hos panes & hunc potum multiplicabis, quide quinque panibus quinque satiati millia hominum in terra. Mira res. Satiati sunt omnes, potuque hausto, prout voluntas cuique fuit, dupla minister fragnum spolia recoligit, portuque duplicatam mensuram: sicut & intellectus plus mereri fidem, digna divini munera lucra, quam desperationem, quæ solet diminuere etiam collata. Cum ergo quadam in tempore in eodem cenobio Luxovio vir dei commemoraret, accidit ut unus è fratribus, nomine & ipse Columbanus, febre corruptus, atque in extremis pollutus, felicem postularet exitum. Cumque jam ultimo habitu carere velle, fidens de coelesti munere, quod longo famulatu qua fierat, vidit ad se virum fulvâ luce amictum accedere, sibique dicere: Non te modò à corpore ducere possum, quia orationibus & lachrymis Patris tui Columbani præpedior. Cumque hæc Columbanus audisset, mœrens, ac h[ab]i somno evigi assit, suum ministrum Theodegum, cuius superius fecimus mentionem, vocare cœpì: Feltina, inquit, perge, & Patrem communem Columbam ad me venire compelle. Concito ergo gradu ille venit, ac B. Columbanum in ecclesia positum flentem reperit, postulatque ut ad agrotum feltinus accedat. Venit ergo pernicieter, & quid vellet, interrogavit: At ille causam objicit: Cur me, inquit, tuis orationibus in hac ætrumosa

vita detines? Nam adsum qui me ducere volunt, si tuis precibus & fleetibus non præpediantur. Retentionis solve obstatu, ut mihi jam pateant coelestia regna. Tum metu Columbanus percussus, signo tacto omnes adesse imperavit, sancti Solis amissionem gaudio temperavit, corpus Christi abeunti de hac vita, viaticum præbet, ac post extrema oscula, defunctionis cantus implevit. Erat enim ex eodem genere quo B. Columbanus, unde; commeatu & nomine, ex Hybernia processerant. Quomodo autem bestia ac volucres viri dei parentem imperio, non est silendum. Nam Chagoaldum Luggduni Pontificem, qui ejus minister & discipulus fuit, novimus referentem, qui se testabatur sèpè vidisse, cum in eremo vel jejunio, vel oratione vacans deambularet, esse sapè solitum feras bestias, ac aves accersere: quæ ad imperium ejus statim veniebant. Quassam blandiens attractabat, & ita ferae avesque gaudentes ac ludentes latititia uberi, velut catu[m]li solent dominis adulari, exultabant. Et sericolam, quam vulgo homines squirium vocant, sèpè de arduis arborum culminibus accerbitam, manuque receptam, suoque collo positam, & finum ingredientem ac excentem, sèpè le viduisse supradictus vir testabatur.

## C A P U T X V I I .

**C**REVERAT namque jam passim fama sancti viri in Universitas Gallia & Germania provincias, eraque omnium rumore laudabilis, omnium cultu venerabilis, in tantum, ut Theodericus Rex, qui eo regnabat in tempore, adeum sèpè veniret, & orationum tuarum suffragium omni cum humilitate depoferet. Siegerus es etenim, cuius superius fecimus mentionem, apud Viennam vicinam publicam, quæ in suburbano Attravieniis urbis sita est, Hilprici germani iuri dolo, qui apud Turnacum oppidum tunc erat, quem Siegerbertus ulque ad intermissionem petiequebat, interfecitus est. Peremptio itaque Siegerberti, Hildebertus filius ejus regni sceptra suscepit annuento Brunehilde. Mortuo deinde Hildeberto, infra adolescentia annos regnaverunt filii Hildeberti duo, Theodecerus & Theodericus, cum avia sua Brunehilde. Regno Burgundionum Theodericus potitur, regnum Australiænum Theodebertus suscepit regendum. Theodericus ergo, quia in terminis regni sui B. Columbanum haberet, gratulabatur non minimè. Ad quem cum sapientiè ve[n]iret, cœpìcum vir Deincepsare, cur concubinarum adulteris misceretur, & non potius legitimi conjugii solamine frueretur, ut regalis proles ex honorabili Regina prodiret, & non potius ex lupanaribus videbatur emergi. Cumque jam ad virtutem Dei imperium Regis sermo obtemperaret, & se ab omnibus illicitis segregaret responderet, mente Brunehildis avia, secundæ ut erat Iesu, beatis antiquis anguis adiit, eamque contra virum Dei stimularam superbia aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodericum obedire. Versabatur enim, ne si ab eis concubinis Reginam aula præficeret, & dignitatis atque honoris sui modum ambrasset.

## C A P U T X V I I I .

**E**VENIT ergo, ut quadam die B. Columbanus ad Brunehildem veniret (erat enim tunc apud Brocciacum villam) cumque illa eum in aulam venisse cerneret, filios Theoderici, quos de adulterinis permixtionibus habebat, ad virum Dei adducit. Quos cum vidisset, sciscitur quid sibi velint. Cui Brunehilda ait: Regis sunt filii, tu eos tuâ benedictione robora. At ille: Nequaquam, inquit, illos regalia sceptra suscepimus scias, quia de lupanaribus emerterunt. Illa furens, parvulos abiit jubet. Egredens ergo vir Dei regiam aulam, dum limitem transfluit, frangor exortus, totam domum quatiens, omnibus terrorē incussum: nec tam miseræ feminæ furorem compescuit. Parat deinde infidias moliri, vicinique monasteriū iis per nunnos imperat, ut nulli eorum extra monasterium iter pandatur, neque receptacula monachis ejus, vel

qualibet

quilibet subdia tribuantur. Cernens autem B. Columbanus regios animos adversum se permotus, ad eum properat, ut suis monitis misera pertinacia in tantum frangat: erat enim tunc temporis apud Spiliam villam publicam. Quod cum iam sole occidente venisset, Regi nuntiant virum Dei inibi esse, nec in Regis dominibus metavelle. Tunc ait Theodericus, melius esse virum Dei opportuni subdia honorari, quam Dominum ex servorum eius offensa ad iracundiam provocare. Jubet ergo regio cultu opportuna parare, Deique famulo dirigi, Itaque venerunt, & juxta imperium Regis oblati offerunt. Qui cum vidisset dapes & pocula cultu regio administrata, inquirit quid sibi velint illa. Ajune illi, sibi à Rege esse directa. Abominatus autem ea, ait: Scriptum est, munera impiorum reprobat Altissimus; non enim dignum est, ut famulorum Dei ora cibis ejus polluantur, qui non solum suis, verum etiam aliorum habitaculis, famulus Dei admittunt denegant. His dictis, vascula omnia in frusta disrupta sunt, vinaque ac lickeris solo diffusa, & cetera separatis dispersa. Pavefacti autem ministri, rei gestae causam Regi nuntiant. Tunc ille pavore perculsus, cum avia diluculo ad virum Dei properat: precantur de commissio veniam, se in posterum emendare pollicentur. His placatus promissis ad monasterium redit: sed polliciti vadimonii jurano diu larvatae violantur: exercenter miseriariu incrementa, solitaque à Rege adulteria patruntur. Quo auditio B. Columbanus literas ad eum verberibus plena direxit, communiqueretur excommunicationem, si emendare dilatando non velle. Ad hanc rursum permota Brunehildis, Regis animum adversus B. Columbanum excitat, omnique conatu pertrubare contendit: orabatque processores aulicos, optimates omnes, ut Regis animum contra virum Dei perturbaret. Episcopos autem sollicitare aggressa est, ut de ejus religione detrahendo, statim regulæ, quam suis custodiendum monachis indiderat, macularent. Obtemperantes igitur aulici persuasione misera Reginæ, Regis animum contra virum Dei perturbant, cogentes ut accederet, ac religionem probaret. Coetus itaque Rex ad virum Dei Luxovium venit, conquefusus que sit cum eo, cur à compunctionalium moribus discederet, & intra septa secréto omnis Christianis auditus non pateret. Beatus itaque Columbanus, ut erat audax atque animo vigens, talia obijicienti Regi, respondit se confutandi non habere, ut secularibus hominibus & à religione alienis, famulorum Dei habitationis pandar introitum, se opportuna aptaque loca ad hoc habere parata, quo omnium hospitium adventus suscipiat. Ad hanc Rex: Si, inquit largitatis nostra munera, & solamini supplementum cape, & cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus. Vir Dei respondit: Si quod nunq[ue] sub regularis disciplina habenis constitutum fuit, violare conaris, nec tuis muniberis, nec quibuscumque subditi me fore à te scias sustentandum: & si hoc ab eausam tu hoc in loco venisti, ut servorum Dei cenobia destruas, & regularem disciplinam macules, scito tuum regnum funditus ruiturum, & cum omni propagine regia demergendum. Quod postea rei probavit eventus: jam enim temerario conatu Rex refectorium ingressus fuerat. His ergo territus dictis, foras celer repedat. Duris post hac vires dei inciprationibus Rex urgetur. Contra que Theodericus ait: Martyrii cor onam a me tibi inferendam speras? Non esse, ait, tantæ dementia se, ut hoc tantum patrare scelus: sed quæ sunt potioris consilii se agere, & uillora paratum: ut quia ab omnium secularium moribus desiccat, quæ venerat, eā viā repedare studeat. Aulicorum simul consona voce vota prorumpunt, se habere non velle his in locis, qui omnibus non societur. Ad hanc B. Columbanus se dicit de cenobii septis non egressum, nisi violenter abstrahatur. Discessit ergo Rex, relinques virum quendam procerem, nomine Baudolatum. Is enim cum remansisset, virum dei à monasterio pellit, & peines Velaciones opidum perducit ad exulandum, quoad usque regalis sententia, ex eo quod voluisset, decerneretur. Commoans ergo inibi, audie carcerem ei in loco plenum esse damna-

torum hominum, mortis damna expectantium. Ad quem viri dei properat, ingrediisque oītum nullo obstante, verbum dei damnatis deponit: spondenque illi, si libera rentur, emendatores, & de cominiſa noxa penitentiam aēturos. Beatus itaque Columbanus post hæc minilio Domoali, cuius superius fecimus mentionem, imperat, ut manu ferrum, quo compedes irrecit, erant atque innexi, apprehendat ac trahat. Quod ille apprehensum trahit, & veluti frutex putrefactus per partes communitor, egreditur que carcere damnatos solitus compedibus juber. Peracto autem Evangelici cultus officio pedes lavit, linteoque absterit; imperatque deinde ut ecclesiam petant, & commissi sceleris penitendo, ac fletibus abluendo culpas lavent. Prophanentes ergo illi ecclesia foras obferatas repezunt. Tribunus igitur militum cum vidisset virtute Dei per B. Columbanum damnatorum compedes fractas, & vacuum libi tantummodo relictum ergallatum, insequi calces damnatorum, ac bâ somno excitatus, cum militibus ceperit. Illi vero post tergum appropinquare satellites videntes, & foras ecclœ obliteratas clementes, geminâ vallâ angustiâ, virum Dei compellant ut eruantur. Ille autem anxiō anhebitur sursum caput attollit, prece utque Dñm ut suâ virtute erectos è ferro non finat denuo tradi tellicum nexu. Nec morata austoris bonitas, foras firmis obliteratas clauditur reterat, atque in angustia positis aditum pandit, perniciique cursu ingrediuntur ecclœbam. Foras autem post damnatorum iniuriam in oculis nūtiū absque humana manu obliterantur, ac custos usq[ue] clavigero perniciete & referâlere & obliterâlere. Peccantes ergo B. Columbanus cum suis, simulque & tribunus cum militibus, foras obliteratas reperuntur. Alpalum quod nomine culedom quæunt, ut claves largiatur. Qui cum venisset, clavigeroque ut foras referare voluerit, ait, le nemquam diligenter obliterata claustra invenire. Nec quisquam post auius sit damnatis injuriam inferte, quos divina virtus eruerat.

## C A P U T X I X.

P ost hæc vir Dei cernens quod nullis custodiis angereatur, à nulloque molestiam sustinet: videbant enim omnes in eo de virtutem flagrare, idèque omnes ab eis injuriis legregabantur, ne scoli culpatum forent: ascendi t dominiæ die in verticem ardui cacuminis montis illius: ita enim luxuris habetur, cùm domorum densitas in diffuso latere proclivi montis sita est, prorumpunt ardua in sublimibus cacuminibus, qui undique ab eis fluminis Dova alveo vellane, nullatenus commenantis viae pandit: ibique usq[ue] ad medianam diem expectat, h[ab]ilis iter ad monasterium revertendi perhibeat. Et cum nullus contrarius existeret, ipse per medium ubi cum suis ad monasterium regreditur. Quo auditio Brunehildis ac Theodericus, quod scilicet ab exilio divertitur, atrociioribus iræ aculeis stimulantur, iubentque militum cohortem, ut rursum viram dei abstrahant, & ad primitum prorūs exiliū revocent. Venientes ergo milites cum tribuno, perigrinant sepa monasteri, virumque dei perquirunt. Residebat autem ille in atrio ecclesiæ, librūque legebat. Ubi cùm sapè venirent, & proprie eum trahirent, ita ut nonnulli in eis pedibus offendarent, & velumentis suis eum tangerent, sed obcasatis luminibus ipsum nequaquam videnter, erat spectaculum pulchritimum. Ille autem ovans cernebat quærentes, nec omnino videbatur: illi in medio eorum positum, cùm viderentur ab eo, non videbant, videntique tribunus, intuitusque per fenestrâ, virum dei vidit ipsos latum residere & legere, cernensque virtutem dei, ait: Quid tam intentè atria ecclesiæ pergratias, nec omnino reperitis? Nequaquam amplius insanæ errore cor velutum decipiatur: non enim vos poteritis eum in venire, quem virtus divina tegit. Redite ab hac intentione, & Regi properemus nuntiare, quia cum minimè reperitis. Datur autem manifestè intelligi, tribunum militum non sponte ad parandum viro dei injuriam venisse, & idè ad eum videndum lumen meruisse. Renuntiantibus ergo illis auribus Regis, ille autem furore miseriæ intentionis,

tentationis, Bertharium cimitem ad eum requirendum attenuos virorum cum praesidio, simulque & Baudolofum, quem superius direxit, destinavit. Quod cum venissent, B. Columbanum in Ecclesia politum piallementem, & orationi deditum, cum omni congregatione fratrum reperiunt, sicut virum Dei alloquuntur: Vir Dei preciamur, ut tam regis quam etiam nostris preceptis obediatis, egressusque pergas eo invenire, qui primum his adventum in locis. At ille: Non enim, inquit, teor placere conditor, semel natali solo ob Christi timorem relitto, denou repedare. Cumque nullatenus cernerent fibi virum Dei obediens, reliktis quibusdam, quibus ferocia animi fortior erat, Bertharius abscessit. Hi vero qui remanerant, virum Dei horabantur, ut illis misereatur, qui ad tale opus patrandum infelicitate fuerant relieti, eorumque pericolo conserueret, qui si eum violenter non abstraherent, mortis periculum incurerent. At ille autem, jam sapientissimum esse, nisi vi abstraheretur, non diceretur. Illi autem gethino vallati periculo, undique urgente formidine, pallium quo induerat, attingunt: ali genibus pro voluntate cum lachrymis precantur, ut pro tanti sceleris culpa illis ignoranter, qui non suis delideris, sed regis temperarentur preceptis. Videns itaque vitam Dei periculum aliorum fore, si sua severitate satisfacceret, cum omnium ejuslato atque miserere egreditur, deputatis a Rege custodibus, qui quoque distinctionis sua regno pelleretur, non eum relinquenter, sed pariter cum illo ambularent. Inter quos primus Ragamundus erat, qui cum universis fratribus velut funis subsequens, Namnetis eum perduxit. Anxius itaque Pater tantorum membrorum dispendio, celos respicit: Ascerne, inquiens, conditor rerum, tu nobis locum praepara opportunum, quo tibi tua factulenter in seculo plebes. Coniolutus deinde universam simul cohortem, ut spem non praependant, sed omnipotenti Deo immensas laudes respondant: ut hoc non dispendium suum, vel suorum pati, sed ob multiplicatas monachorum plebes hanc esse datam occisionem: & quicunque se sequi volunt, promptissimo animo ad sustinendas injurias convenient, qui verò in supradicto cenobio remanere voluerint, secuti in hoc loco remanerent, citò Dominum de eorum misere ore unctionem daturum. Sed cum quo animo de custodia pastoris segregari nolent, custodes Regis, inquit, nequam hinc le sequi alios permisuros, nisi eos quos sui orti terra dederat, vel qui è Britannicis arvis ipsum fecuti fuerant: ceteros qui Gallico orti furent solo, preceptis esse regis inihi remansuros. At cum egregius Pater cerneret vi à se sua membra discipi, tam suus quam etiam membrorum suorum docebat multiplicabatur: & pro tanti sceleris pondere Dominum omnium consolatorem deprecatur, ut quos à se regia perinacia segregabat, ipse sua custodia tueretur. Inter quos venerabilis vir, qui post in eodem monasterio Pater excite Eustasius, discipulus & magister sancti viri, violenter avellitur, intendente super eum Nitigeto avunculo eius, qui Lingononica ecclesia Pontifex erat. Egressus ergo vir sanctus cum suis, vicefimo anno post incolatum eremii illius, per urbem Velontionum Augustudunumque, ad Avallonem castrum pervenit. Sed priusquam ad Avalonem perveniret, in via ei custos equorum Theoderici occurrit, lanceaque virum Dei trajicte voluit, sed malevolam animam ultio mox digna, prævenit. Nam dexteram, quam adversum virum Dei levaverat, torpente, lanceam ante pedes suos humo defixit: ipseque à demonio corruptus, ante vestigia viri Dei ruit. Quem ille cernens ultio divina perculsum, die illa nocteque penes se tenuit. Cumque sequens rursus dies illuxisset, ad se accererit, Deo que favente curatus à peste, ad propria reineavit. Deinde ad Caram fluvium properans, ad dominum cuiusdam nobilis & religiose scemina Theodemanda pervenit. Quod cum perveniret, occurserunt ei duodecim viri pleni rabido demone, furentes atque ruentes in terram: quos vir Dei protinus oratione curavit. Eadem autem die ad vicum, quem Coram vocant, venerunt, ibique quinque viri phrenesi vexati obvenerunt, ubi & mox sanati sunt. Et in Aut-

siodorum properavit, ibique allocutus est Ragamundum, quia ipse eum via, qua ibat, ducebat. Memento, inquit, o Ragamunde, quod Clotharium, quem nunc perniciis, intra triennium Dominum habebitis. At ille: Cur, inquit, talia, Domine mi, aies? Illeque ait: Videbis profrus quæ dixi, si tunc vitam cum Superis feras.

## C A P U T X X .

P R O G R E S S U S ergo exi ab Autisiodoro, conspicit juvem à demonio correptum, pernici ex adverso currere cursu: viginti etenim militibus totis viribus currebat. Quo viu subtiliter, quo usque sauciis homo demonis arte veniret: veniensque ante virum Dei ruit se discerpens. Quem vir Dei orationibus curavit, patique solipsitum reddidit. Deinde ad Nivernensem oppidum venit, custodibus antecedentibus ac subsequentibus, ut Ligeris scapha recipereatur, Britannicoque linn reddeatur. Ubi etiam cum venissent, & tardo conamine scapham insilirent, quidam e custodibus arrepto remo, unum eorum qui Lua dicebatur, percussi, virum tanquam, & omni religione deditum. Vir autem Dei intuens sua coram se membra cedat: Cur, inquit, crudelis addis morori in tero rem? An non sufficit ad vestram ruinam patrati sceleris malum? Cur fessa Christi membra cedis? Cur contra mittem immixti appares? Cur savitiam in manus tuas praetendis? Memento te divinâ actione in hoc loco persecutum, in quo Christi membrum furens percussisti. Probavit autem illa sententia penam ulio mox sublecta: nam ut subsequenti vice rediens ad eundem portum transiit, divinitus percussus, in eodem esti loco demersus. Quid causa fuit, ut Julius at biter eandem ultionem in postmodum diffidisse, nisi ut tunc sancti obtutus de vindicta ejus non macularentur? Iude ad Aurelianensem urbem venerunt: quod cum nec aditum ecclesiarum libi ex regiis preceptis pandi videret, cum grandi merore super ripam Ligeris, tentoris contentus paulisper quiescit: Cumque iam sumptuosi necessarii indigerent, duos in urbem direxit, ut necessaria quarearent: quorum unus erat Potentius nomine, qui adhuc superest, & in Armorica loco, in suburbano Constantiae urbis monachorum cohortem adunavit. Sed cum lustrantes urbem illi nihil reperirent, quia regis timore omnium corda percussa manebant, vià qua urbem intraverant, repedabant: obviisque habent mulierem in platea ex genere Syrorum: quæ cum eos vidisset, sciscitata est quinam essent. Illi rati veritate digerit, ajunt se hec scissaria quasiles, nec profrus reperire. Illa autem insit: Accedite Domini mei ad matrem famula vestra, & quæ sunt necessaria, vobis cum vehite. Nam & ego advena sum ex longinquo orientis folio, illi enim ovantes, eam sunt calce fecuti, veneruntque ad domum ejus: sellaque posuita quieverunt, donec detulit quod eis claret ad viscum: eratque simul in confessu vir ejus olim jam luminibus orbatus: de quo sciscitati sunt, quiesceret. Illa autem insit: Vir meus est ex eodem genere Syrorum, sicut & ego, quem per multorum circum annorum lumine privatum traho. Illi inquit, si Christi famul i Columbani obtutibus presentaretur, ejus inter eum orationum lumen posset recipere. At ille per omisso munetis, fideique ne xibus mente in toboret, surgesque, eorum est profectus cum duce vestigia. Naravit ergo Potentius hospitalitatis munus in peregrinis. Nec profrus verba impleverat, cæsus astabat, precaturque Dei virum, ut suos stationibus ei lumen restituit. Videns itaque illum fidem, omnes pollicit ut pro cæco oriente: pronusque diu supta humum jacuit, surgesque manu oculos atrigit, & post crucis signum posulatum lumen reddidit. Gaudent ergo ille redditio lumen donatum remeavit, ut videlicet qui interiore lucem non amiserat, exteriori non careret. Sicque exinde turba obsecratorum, quos demones horridofurore torquebant, ad vium Dei curandi gratiam proferabant: daturque salus largita à Domino omnibus per virum Dei beatum Columbanum. His namque virtutibus populus urbis permutos, virum Dei suis facultibus

tibus latenter atque honorificè fulciebat: non enim manifestè propter custodes quicquam præbere audebat, ne Regis item incurrent: deinde arreptum iter peragunt.

## C A P U T X X I.

**N**A VIGANTES ergò per Ligurim, ad Turonensem pervenient urbem: ubi vir sanctus custodes precebat, ut scaphâ portui appropinquet, seque ad sepulchrū B. Confessoris Christi Martini ire finant. Quod abundantes custodes, navigare veloci conatu compellunt, temerigro que urgent, ut omni virtute curvi celeri portum transcant: gubernia ori imperant, ut medio fluminis alveo scapham teneat. Quid videns B. Columbanus, mœstos vultus ad cœlum erigit, compellans se ranta mœstit: subdit, ut ne Sanctorum sepulchra vivere permittatur. Urgentibus ergò omnibus, mox ut contra portum ventum est, velut quibusdam anchoris defixis scapha staret, & ad portum caput dirigere. Quod cum custodes obstarerent, invisi scapham quod velicire finant: mirum in modum è medio fluvii chilos ad portum seu pentingerò voatu pervenit, portaque recepto viro Dei viam pandit. Gratias autem ille Regi referat aeterno, qui ius si obtemperare non de dignatur servis. Egressus sanè ad sepulchrū B. Martini Confessoris Christi accedit, totaq; e ibi nocte in ora ione excubat. Illucfente verò die à Leupario urbis illius Episcopo invitatus ad eum, ire non abnuit, præterim ob suorum requiem fratrum, moratusque est eo die cum supradicto Pontifice: qui cum horā refectioñis cum eo ad mensam resideret, interrogatus cur retrò ad patriam repedaret? Respondit: Canis me Theodericus à meis fratribus abegit. Tunc unus è convivis, Chrodoaldus nomine, qui amitam Theodoberti regis in conjugium habebat, regi tamen Theoderico fidelis erat: hic viro Dei humili voce respondit, esse melius lac potare quam absynthium. Cui vir Dei ait: Cognolco enim te regis Theoderici foederis iura servare velie. At ille facetus se fœdus fidei promissæ, quamdiu valeret, obserbare. Cui B. Columbanus respondit: Si, inquit, regi Theoderici viñctus es fœderi, amico tuo & domino latus eris a me legatus directus. Hac ergò ejus auribus infer, & ipsum & suis liberis intra triennii circumulum esse delendos, radiculique ejus stirpem Dominum esse eradicatorum. Cur, inquit supradictus vir, famulo Dei talia promis? At ille: Non enim quo filere, quia mihi loquenda Dominus tradidit. Quod in postmodum omnes nationes Gallie sensere impletum, confirmavitque hoc superius ad Ragamundum sententia illata. Sublato deinde prandio vir Dei ad scapham remeat, reperiisque suos multa tristitia depresos: inquirentque inventis præteritano[n]te, quæ in scapha habuissent, futo se perdidisse, bimique aureos quos in pauperes non erogaverat, su to ablatos. Quo auditio ad sepulchrū B. Martini repeat, quelunque est fe non iecircò ad ejus excubias ille, ut ille sua suorumque sineceret damna patrati fratrum. Nec mora, is qui facie, cum aureis furatus erat, ceperit inter flagella corporis pena que clamare & dicere, illo & illo in loco se aureos ocellatos habere. Quod videntes socii omnes curvunt, furore que sublata omnia redunt, & virum Dei precantur, ut tanti celeris culpas ignoscat. Quid miraculum omnibus terore incurrit, ut deinceps quicunque ista audissent, velut sacra omnia, quæ ad virum Dei pertinebant, attinere non auderent. Præbentis itaque necessaria Leuparius viro Dei valedicit. Navali ergò itinere ovans usque ad Nammetense oppidum venit, ibique aliquantis per comitatus est. Quod cum quadam die quidam egenus ante fores cellulæ, in qua vir Dei metatus est, clamaret, ille vocato ministro air: Præbe cibos alimoniam petenti. At ille: Non est panis, ait, nisi paululum tantum farina. At ille: Quantum, inquit, habes? Testatus est ille amplius se non habere, ut rebatur, quæ farina medium. Dicit ergo, Dat otum, nec quicquam reserves in crastinum. Obediens autem minister totum simul pauperi tribuit, nihil ad necessitatem communem reservans. Sejunantibus ergò illis

tertia dies illuxerat, nihil penes se habentibus præter spes & fidei gratiam, unde fessis jejuno membris subvenirent. Subito autem audiuit quandam foras signo tere: cùmque ostiarius sc̄itaretur, cuius rei necessitas posceret, sono fragoris fratrum aures inquietari: is qui foras terebat, ait le à dominâ sua Procula nomine, elle directum, que divinitus admonita ut sumptus viro Dei Columbano atque comitibus eius, qui apud Nammetensem oppidum morarentur, dirigeret, haberique in proximo: seque id est prævenire, vala quod recipentur, pararent, centum dicens modia esse vini, ducentaque frumenti, sed & bracis centum modia: quod ostiarius celeri curi Parri indicare properat. Atille: Sino, inquit, fratrumque cœtum adunari præcipit, ut simil posit pro largitate Dominiū præparent, simulque ḡares referant conditoris, qui suos consolari non definit famulos in omnibus necessitatibus, & pols hac munus oblatum recipiant. O mira conditoris pietas! egre finit, ut sua dona genitris largiendo demonstrat: tentari permitit, ut in temptatione subvenientes, suorum in se corda uberioris excitet famulorum: sua membra laxis laceranda tradit, ut circa sanctorum medicamina multiplicata dilectio consumetur. Alia simili nobilis femina & religiosa, nomine Dola, direxit decenta frumenti, ac promiscue centum modia. Quæ cauta maximam veræ cunctis urbis illius Pontifici excitavit, nomine Sofronio: à quo cùm nihil muneras impetravissent, nec quicquam commutando capere potu[n]t. Ibi cùm moraretur quædam mulier, damnis pepte plena, cum filia tamen tali atrocitate repleta venit. Qias cùm Columbanus vidisset, communem pto eiis Dominiū exoravit, sanitatique post redditas, metam suu redire præcepit.

## C A P U T X X I I.

P OSt hæc Sofronius Nammetensis urbis Episcopus, unà cum Theodoaldo comite, juxta Regis imperium B. Columbanum nave suscepimus, ad Hyberniæ delinante proberant; vir autem Dei inquit: Si natis, quæ finibus Hyberniæ reddatur, adelt, omnem supellecilem, comitemque suscipiat: ego verò interim scaphâ recepta, Ligera unda vehar, quoque ad alta maris deferat. Reperit ergò navis, quæ Scotorum commercia vexerat, omnem supellecilem comitesque suscepit. Cùmque jam remigata arte prosperantibus zephyris navis ad alta pelagi tenuderet, undarum moles obvenerat, naveque ad littus redire coegerit, planoque terris falo depulsa reliquit. Collecto itaque fluxu in sinus equorum quiete, manique per triduum absque undis carina. Intellexit ergò Dominus navis, ob viri Dei supellecilem comitesque receptos se esse detentum. Fuit tandem confilium, & rejecit omnia à navis finibus, quæ ad virum Dei pertinebant. Nec mora, undarum moles adiuit, carinamque ad alta proverit. Mirantes itaque omnes, cognovitne non esse voluntatem Dei, ut retrò amplius repedaret. Ad metatum ergò suum, quod prius fuerat, reddit nullo jam obstante quod vellet ire: sed magis prout quisque poterat, virum Dei honoribus ac sumptibus fulciebat. Nec desuit quicquam præsidii, dum in omnibus conditoris manebat auxilium: quia profus nunquam obdormieret, qui sub alarum suarum umbra Israëli degit. Sic nempè omnibus omnia largiendo demonstrat, ut ab omnibus pro munerum suorum glorificetur largitione.

## C A P U T X X I I I.

M ORATUS ergò paulu[m] ibidem, post ad Clotharium Helperici regis filium, qui in Australiis Franciæ regnabat, in extrema Gallia ad Oceanum portis pergit. Porro Clotharius audierat, quantis qualibusve injuriis virum Dei Brunchilidis ac Theodericus fatigaverant, quem cum vidisset, velut celeste munus recepit, ovanigne precatur, ut si velit, iotra sui regni terminos redire, & eis, prout voluerit, famulaturum. Atille: Nequaquam, ait, his in locis se confitere velle, vel ob suam peregrinatio[n]em augendam, vel illis iniunctis occacionem (sedan-

dam.

dam. Tenuit ergo eum Clotharius quantis potuit penes se diebus, castigatusq; ab eo pro quibusdam erroribus, quibus vix aula regia caret, spondet se Clotharius juxta ejus imperium omnia emendaturum. Erat enim Clotharius soler in amore sapientiae: inventum ergo optatum munus gratificabatur. Morante igitur eo penes Clotharium, sis oritur inter Theodebertum & Theodericum, disceptantibus utriq; de regni termino: & utriq; ad Clothari legatos dirigunt, uterq; adversus parem auxiliu postulat. Quod Clotharius beato Columbanu insinuare procurat, consulens ut si videretur ejus consilio, se uni consentiendo, contra alium dimicare. Ad quem ille propheticus repletus spiritu ait, neutrū eum fore paritum consilii, suam autem intra triennii tempus in dictio nem, utrūcumque regna venire. Videns autem Clotharius à viro Dei talia libi Propheticō ore dici, neutri parere voluit: sed promissum libi tempus fideliter expectans, post portus est trium pho victoriz.

## C A P U T X X I V .

**P**ost hanc cedit apud Clotharium vir Dei, ut sibi solamen largiretur, quatenus per Theodeberti regnum si valerer, ad Italiam, alpium juga transcendens perveniret. Datis ergo comitibus, qui eum usq; ad Theobertum perduerent, itinere atrepto, ad Parvum urbem pervenit. Quo cum venisset, occurrit ei homo in porta, habens spiritum immundum, debacchans ac discerpens & gatrolans, querulo sciscitatur virum Dei affamare. Quid his vir Dei agis in locis? Raucoq; anhelito à longè beatum Columbanum venire jam dudum clamabat. Quem cum vir Dei vidisset, ait. Egrederet peltifer, egredere nec corpora Christi lavacro abluta, diu oblidere præsumas. Cede virtuti Dei, & Christi nomine invocato contremisce. Sed cum diu faveatisq; virtibus obstatet, vir Dei manus ori ejus injectis, linguaq; attrectat, & in virtute Dei imperat, ut egrediatur. Tunc horrida vi discerpens eum, ita ut vix nexibus teneretur, cum viscerum motione, ac vomituum motu progressus, tantum factorem adstantibus dedit, ut sulphureos se crederent facilius tolerare odores.

## C A P U T X X V .

**D**ende autem ad Meldense oppidum properat: quod cum vir quidam nobilis, nomine Channericus Theoderti convivis, vir sapiens, & consilii regius gratus, & nobilitatis sapientia vallatus inesset: is virum Dei miro gaudio recepit, seque habere cutam spondet, qualiter ad Theodeberti accederet autem, non esse necesse alios comites & regio latere eum habere. Ad hoc enim aliorum differebat subdium, ut virum Dei secum quamdiu valeret, teneret, & ejus doctrina sua domus nobilitaretur. Benedixit ergo vir Dei domum suam, filiamq; ejus nomine Burgundoforam, quæ infra infantia annos erat, benedicens Dominum vovit, de qua postea in subsequentibus narrabimus. Progressus autem inde, venit ad villam quandam Vulciacum, quæ supra annem Matronam sita est: ibi receptus est a quodam viro, nomine Authorio, cuius conjunx Aiga dicebatur, erantq; his filii intra infantia annos detentis: quos mater ad benedicendum viro Dei obtulit. Videns ergo ille matris fidem, infantulos sua benedictione sacravit: qui post, mox ut pubescere coeparent, Clothario regi primum, ac deinceps Dagoberto gravissimi habiti sunt. Sed postquam seculi gloria fuerant illustrati, anhelare coeparent, ut per gloriam seculi non carent æternam: quorum major natus, Ad nomine semper suis voluntatibus abdicavit; postq; intra Juliani fatus, monasterium ex beati regulâ Columbanii constitutum: juniorq; nomine Dado, intra Brigentem salutum, supra fluvium Resbacem, ex supradicti viri regulâ monasterium construxit. Tanta autem in viro Dei gratia redundabat, ut quoscunque sacaret, in boni cultus perseverantie die suprema invenisset: illiq; jure dictu

sit, ut quos de industria monuisset, gavisi sint postea se impunitatem meruisse. Nec immerit tantu viri fultus ad miniculū, pars gratiae potius est supplemento: qui ejus doctrinæ in nexus, noluit à justa vita tramite deviare.

## C A P U T X X VI .

**E**xinde ad Theodebertum regem venit: quem cum theodebertus vidisset, ovans suis sedibus recepit. Jam enim multi fratrum post eum ex Luxovio venerant, quos ille velut ex hostium prada eretos suscipiebat: pollici tuisq; est Theodebertus, se reperi intra suos terminos loca venustra, & famulis Dei ad omnem opportunitatem congrua, proximaq; ad prædicandum nationes undiq; haberi. Ad hanc inquit vir Dei, Si pollicitationis tuae administrulum præbes, & vadimoniū falsitatis noxa non opponitur, aliquantiq; per me commemoraturum promitto, ac probaturum, si in cordibus genitum fidem ferere valeam. Dedit ergo Rex optionem, ut quacunq; in parte voluisti experimento querareret locum, qui libi siisque placuerit: inquisitumque locum invenerunt, quem favor omnium reddebat laudabilem intra Germania terminos: Rheno tamen vicinum oppidum, olim dirutum, quod Briganticum nuncupabant. Sed quid tunc viro Dei, dum per alveum navigaret, aq;cum sit, silendum non est. Dum quadam die per Rheni, ut diximus, alvsum Scapha vebrentur ad urbem, quam Magontiacum veteres appellarent, pervenirent: quo cum venisset, remigeri qui in comitatu viri Dei à rege directi fuerant, viro Dei ajunt se habere amicos in urbe, qui necessarios sumptus præbent: jam enim defecerant longo itinere spendia sumptuum. Quibus vir Dei ait, Ite. Qui cum abiissent, nihil repeterunt: reversiq; viro Dei interroganti respondent, se nullatenus aliquid ab amicis impetrare posuisse. Ad hanc illam, Sinite me, inquit, ad meum abite amicum. Mirantibus illis unde hic illo in loco, quo antea non venerat, amicum haberet, progressus ad Ecclesiam pergit, quam ingressus pavimento inhærens, longæ orationis protractione suum dominum pietatis postulat auctorem. Nec morata, Episcopū urbis illius domus progressus ad Ecclesiam venit, reperimusq; beatum Columbanum sciscitatur quis esset. At ille factur se peregrinum esse; cui ille, Si, inquit, necesse est sumptuum copiam capere, propera domum, & quantum necesse fuerit, tecum defer. At ille, cum gratias simul conditori, qui sibi hoc inspiraverat, ac illi qui optatam necessitas copiam offerebat, referret, attentius ille cogit ac imperat, ut omnia opportuna iumat: puerosq; festini ad navem ipse dirigit, ut omnes veniant, præter custodem uotum dimisum, & quæque vellent, secum deportent. Quod ne cui casu eveniente videatur, solitus erat postea idē Episcopus protestari, nunquam le anteum in tribuenda necessaria fuisse & se absq; alia opportunitate ob beati Columbani meritum, divina admonitione ad Ecclesiam non venisse. Deinde autem ad delinatum per veniunt locum: quem per agrans vir Dei. Non suis placere animis ait, sed tamen ob fidem in gentibus serendam, inibi paulisper moraturum se spondit. Sunt etenim inibi vicina nationes Suevorum. Quo cum moraretur, & inter habitatores loci illius progrederetur, reperit eos sacrificium prophanum libate velle valque magnum quod vulgo Cupam vocant, quod virginis modia amplius nec minus capiebat, cervisia plena in medio positum. Ad quod vir Dei accessit: sciscitatur quid de illo fieri vellent. Ajunt illi, Se Deo suo Vandoni nomine, quæ Mercurium, vt alii ajunt, autumant esse, litare velle. Ille autem peltiferum opus audiebat, vas insufflat, miroq; modo vas cū fragore dissolvitur, & per frusta dividitur, vasq; rapido cū liquore cervisia prætupic: manifesteq; datur intelligi, diabolum in ea vase fuisse occultatum, qui per profanū liquorem caperet animas sacrificantium. Videntes autem barbari stupescunt, ajunt magnum virum Dei habere halitum, qui sic posset di solvere vas ligaminibus munitum. Castigatos itaque Evangelicis dicit, ut ab his segregetur sacrificiis, domū

redire imperat. Multi enim eorum tunc per beatum Columbanum suatum, vel doctrinam ad Christi fidem conversi, baptismum sunt consecuti: alioqui quos jam lavato ab aliis error decinebat, prophanos ad cultum Evangelice doctrinæ monitis suis, ut bonus pastor Ecclesia, unibus reducebat. Eo itaque in tempore Theodericus atq; Brunehildis non solum adversus Columbanum insanicabat, verum etiam & contra sanctissimum Desiderium, Vienensis urbis Episcopum adversabantur. Quem primo exilio damnatum, multis iniuriis affligere nitebatur: ad postremum vero gloriose martyrio coronarunt: cujus gesta scripta habentur, quibus & quanis adversitatibus gloriosos apud Dominum meruit habere triumphos. Vagante itaq; beato Columbanu cum suis penes Brigantia urbem, durum eglesiatis tempus obvenit. Sed quamvis alimonias deciserint, manebat tamen incemerata atq; inconcussa fides, qua necessaria apud Dominum impetraret. Cumq; iam triduiu jejunio fessa corpora ferrent, evenit tam a copia alitum, velut Israelitarum caltra coturex olim aperuit, ita ut omnem paginam loci illius alitum multitudo oppleret. Intellexit enim vir Dei ob suam sporumq; necessitatem, has dapes terra diffundi, nec profus aliibi obvenire, prater eo quo ipse moraretur in loco. Juber ergo suos prius grates laudesq; reponendas coditori, sicq; alitum dapes capere. Erat enim mirum & stupendum miraculum. Capiebant aves, prout patris imperium orgebat, nec abcedere pennigera fuga nitebantur. Manit ergo alitum manna per triduum diffusa. Quarto deinde die, quidam Pontifex ex viciniis urbibus, sumenti copiam divinae potentiaz aspiratione beato Columbanu direxit: sed mox omnipotens, qui penuriam patientibus aliis praeberat cibos, ut tarsis adeps advenit, alitum phalangas imperavit abiisse. Nam Euclafio hoc cognovimus reference, qui eo tempore inter reliquias, sub viri Dei obedientia ibidem tenebatur adnexus, quod nullus in ea fuerit caterva, qui ante talium genera alitum se vidisse referret: & tantus sapor in cibo aderat, ut regias dapes vinceret. Om irum divina potentia donum, quando terrena dapes cultoribus Christi desunt, tunc demum coetilia tribuantur: sicut de Israel dictum est, Panom coeli dedit eis: cum autem terrena opes subvenient, tunc grates amouentur allatae. Ipsi itaq; tempore, cum sub quodam scopulo, inter vasta acrii jejunio corpus conficeret, & nihil aliud prater ruris pomam, quorum superius fecimus mentionem, in cibos caperet; venit aduersa abdita voracitas urfus, ceperitq; necessarios delambere cibos, ac passi a poma ore detrahere. Cumq; hora refactionis advenisset, Magnoaldum ministrum direxit, ut consuetum mensuram pomorum deferret. Qui cum absit, ursum inter ruris fructices, rubosq; per vagari, ac poma lambendo carpe conspexit: festinansq; redit patriq; indicavit. Ille autem imperat ut eat, interea fructum in cibos ferre dimittat, aliamq; partem libi reservare jubar. Abiit ergo Magnoaldus, ac iussa patris implevit: divisusq; virga fructices, rubosque que pars ferabant, & partem suam iuxta imperiam viri Dei, ait, ut fera comedat, aliamq; partem in usus viri Dei reservet. Mira in fera obedientia. Nequaquam ex prohibita libi parte auta est carpere cibos: sed in segregata & permissa libi fructum parte tantummodo publia requiravit, quoad usq; vir Dei in loco commoratus est. Inter ea cogitatio in mente ruit, ut Veneticorum, qui & Slavi dicuntur, terminos adiret, cæcasq; mentes Evangelica luce illustraret, ac ab origine per devia oberrantibus, veritatis viam pandaret. Cumq; hoc votis patrandum inesse, angelus Domini per viuum apparuit, parvoq; ambitu velut paginae solent stylo orbis describere circulum, mundi compagen monstravit. Cernis, inquit, quod maneat totus orbis destritus. Perge dextra lavaq; qua eligis, ut laboris tui fructus comedas. Intellexit ergo ille, non esse gentis illius in promptu fidei protectus: quievitq; in loco, donec aditus ad Italiam viam pandat.

## C A P U T X X V I I .

I Nterea inter Theodericum Theodebertumq; lis fir-  
matur, ac quisq; adversus fratrem usq; ad intercio-  
nem defecit, utrifici gentium robore superbientibus: in-  
ter que vir Dei ad Theodebertum accedit, eiq; suadet, ut  
cepsa arrogantis supercilii deponat, scq; clericū faciat:  
& in Ecclesia positus, sacra subderetur religioni, ne simul  
cum damno praesens regni, alterna patet vita di-  
pendia. Quod & regi & omnibus circumstantibus ridicu-  
lum excitat, ajetes se nunquam audire merungum in re-  
gno sublimatum, voluntarie clericum fuisse. Deterstant  
bus ergo omnibus, beatus Columbanus ait. Si voluntarius  
nullatenus clericatus honorem sumit, in brevi invitus cle-  
ricus exiit. His ergo dictis, vir Dei ad cellulam remeat,  
moxq; Propheticā dicit eventum, res non diu dilata affi-  
mat. Nec mora, Theodericus Theodebertum ad bellum  
provocat, & prope Tullum devictum fugat, postque  
collecto exercitu robore persequitur. Simili modo gen-  
tium multarum Theodebertus robore vallatus, ad Tul-  
biacensem caltrum pugnaturus occurrat: ibi prælio into-  
nit, innumeris gentium phalanges ex utroq; exercitu pe-  
runt, & vietus tandem Theodebertus fugit. Eo igitur in  
tempore vir Dei in eremo morabatur, contentus tantum  
unius ministri Chagnoaldi famulatu. Ea hora ergo qua  
apud Tulbiacum commisum est bellum, supra querens  
putrefactum truncum vir librum legens residet: quem  
subitus lopor oppresit, & quid inter duos reges ageret-  
tur, videt. Moxq; excitatus, ministru vocat, cruentam  
que regum pugnam indicat, ac multum humanum san-  
guinem fusum inspirat. Cui temerario conatu minister  
ait, Pater mihi, Theodeberto tuis precibus præbe suffragium.  
ut communem debellat hostem Theodericum. Ad hac  
beatus Columbanus ait, Stultum, ac religione alienum  
confilium administras; non enim Dominus ita voluit,  
qui nos pro inimicis nostris orare præcepit. Inquisivit  
ergo pòl minister temporis diem & horam, reperitoque  
ita fuisse, sic ut vir Dei fuerat revelatum. Persecutus est  
ergo Theodebertum Theodericus, & suorum prodi-  
tionis captum, ad aviam Brunehildem duxit: quem cum  
avia recepile, quia Theoderici partibus Brunehilda  
fuerat, fures Theodebertum fieri clericum rogavit.  
At non post multos dies, impiè nimis post clericatum per-  
imi justit.

## C A P U T X X V I I I .

P ORTÖ Theodericus penes Merensem morans oppidum, divinitus percussus, inter flagrantis ignis incendia mortuus est: post quem Brunehildis filium ejus Sigebertum in regnum suscepit. Itaque Clotharius memor Prophetae viri Dei, collecto exercitu, fines regni, qua sus-  
ditioni debebantur, conatur recipere. Contra quem Si-  
gebertus cum hostium cuneis pugnaturus advenit: quem Clotharius captum petet, fratelsq; eius quinq; Theoderici filios cum avia Brunehilde cepit: pueros separatim  
permit: Brunehilden vero primo ignobiliter camelio impositam, hostibus gyrande monstravit: postq; indomi-  
torum equorum canalis irrectam, miserabiliter vita privavit. Funditus ergo radicatusq; deleta Theoderici stirpe,  
Clotharius potius est trium regnum solus monar-  
chia. Quo facto beati Columba Propheta in omnibus  
impleta est, uno intra triennium cum omni stirpe deleto  
funditus, alio violenter clero facta, terrio trium regno-  
rum possessione ac dominatione dilatato.

## C A P U T X X I X .

B Eatus ergo Columbanus cum vidisset, ut superioris  
diximus, devictum à Theoderico Theodebertum, re-  
licta Gallia atq; Germania, Italiam ingreditur, ubi ab Eg-  
olfo Longobardorum rege honorifice receptus est, qui  
largita optione, ut intra Italiam, quocunq; in loco voluisse,  
habaret,

habitarer, Dei consuli astum est, dum ille penes Mediolanum urbem moraretur, ut hæresis eorum fraudes, id est, Arriana perfidiae, Scripturarum cauterio dispergere ac dilecare veller: contra quos etiam libellum florentis scientiae edidit. Vir quidam, nomine Jocundus, ad regem venit, qui regi indicat se in solitudine rūibus Apenninius basilikam B. Petri Apostolorum principis scire, in qua virtutes expertus sit, fieri: loca ubertate fecunda, aquis irrigua, piscium copiam. Quem locum veterum traditio Bolum nuncupabat, ob rivum in eo loco hoc nomine fluentem: amneque alium profuentem, nomine Treviam, super quem olim Hannibali hyemans hominum, equorum, elephantorum, atrocissima damna sensit. Ubi cum vir Dei venisset, omni cum intentione basilikam inibi semirutam reperiens, prisco decori renovans reddidit, in cuius restauratione mira Dominus virtus panditur. Nam cum per præruptos saxorum scopulos trabes ex abieribus inter densa saltu loci inaccessibilibus caderent, vel alibi cæsæ, inibi casu elapsæ aspero aditum plausorum dene- garent, mirum in modum trabem, quam vix triginta vèl quadraginta plano terra positam solo vehere valebant: ibi cum duobus vel tribus, prout ardui callis meatus patet, vir Dei accedens, suis ac suorum humeris immane pondus imponebat: & ubi anteà pro aperitate itineris libero gressu vix graderentur, onerati mox trahium ponde- re festini gradiebantur: ut versa vice qui onera ferrent, ac si ab aliis veherentur, firmis vestigiis, velut otio vacantes, ovantes irent. Videns itaque vir Dei tanti auxiliis supple- mentum, sios hortatur, ut arreptum opus lati perficiant, animoq[ue] roborati eò confistere in eremo studerent, Dei que hoc voluntatis est affirmat. Secùdū itaque templi culmine, murorum restaurat ruinas, ceteraque, quia ad monasterii necessitatibus pertinent, construere parat. Inter ea memoratur Clotharius viri Dei prophetæ effectum in se fuisse implatum, cernens venerabilem Eustafium, qui eius in loco Luxoviense monasterium regebat, ad se venire impetrat: quem pio affaminè rogat, ut libi cum supplemento publico legatione fungi cureret, sociosque quos velle nobilium viororum haberet, qui si vadimonii arbitri essent, postquam beatum Columbanum pergerent, quocunque reperissent in loco, elegantique suauis ad se venire hortarentur. Perrexit itaque venerabilis discipulus, magistri vestigia prosecutus: qui cum ad eum venisset, Clotharii verba deprimit. Vito ergo Eustafio, beatus Columbanus gavisus, recepti muneri aditu gratulabatur: retentumque penes se aliquantis per hortatus, ut sui laboris reminisceretur, cohortem fratrum disciplina habens eruditum, multorumque collegio Christi plebem adiunxit, suisque infinitis educaret. Dimisum ergo post hac ad Clocharium ire juber, talibusque responsis regias mulcere imperat aures, seque retrò repadare nullatenus ratum ducere: tantummodo poscere, ut sodales suos, qui Luxovium incolebant, regali administriculo ac præsidio foveret, & literas castigatio- rum effamino plena regi dirigat. Gratissimum autem munus rex velut pignus foderis viri Dei ovans recepit, nec ejus petitioni oblivionis noxam præponit, omni præ- sidio supradictum monasterium munire studet, annuis censibus dictat: terminos undique, prout voluntas venerabilis Eustafii erat, augat, omnime conatu ad auxilium inibi habitantium ob viri Deiamorem intendit. Porro beatus Columbanus, expleto anni circulo, in antedicto cenobio Bobiensi vita beata funtus animam membris solutam celo reddidit IX. Calendis Decembribus. Cujus strenuitatem si quis nōs velit, in ejus dictis reperiet. Reliquiae autem ejus eo habentur in loco conditæ, ubi & virtutum decore pollent, præsule Christo, cui est gloria per omnia secula seculorum. Amen.

S A N C T I C O L V M B A N I  
vita finis

Beda Tom. 3.

## S A N C T I A T T A L Æ A B B A T I S V I T A .

**C**Um venerabilis P. Columbanus de hac luce migrasse, omni religione laudabilis Attala in locum ejus subrogatus est, cuius post magistrum virtutes clarae fulserunt: qui Burgundionum ortus generere, nobilis natione, sed nobilior san-ctitate, peritce vestigia magistri secutus est. Hujus autem beati viri rudimenta, qualiter inter ipsa fidei primordia uberem à Domino profectum invenerint, prætermittem- dum non est. Igitur dum à patre nobili liberalibus literis imbutus fuisset, Argio quondam Pontifici ab ipso genito- re commendatus est. Sed bona indolis puer, nihil ibi utili- tatis, aut disciplina spiritualis se agere dolens, copit mente ac spiritu ad potiora tendere, & ad altiora anhelare: dedit ergo operam, ut, præpositis totius mundi phaleramentis, monachorum jungeretur cohorti. Clam itaq[ue] à sodalibus progressus, duobus pueris contentus, ad Lirinense cenobi- um venit. Quo in loco aliquandiu degens, vitamque suam, quā portuit innocentia, cultodiens, cum cerneret mo- nachos ejusdem cenobii nequaquam regulari disciplina colla submettere velle, copit anxiò corde trutinare, quo potioris consilii aditus pandetur ei. Progressus ergo inde, ad B. Columbanum Luxovium venit: quem vir sanctus cùm ingenii sagacis solerter esse cerneret, suo ministerio conjunxit, atq[ue] in omnibus divinis eruditioribus informare, & ad perfectum instruere cepit. Cumq[ue] B. Attala in omni religione iunctam perfectus ad unguem, egregie ac strenue post magistrum patremq[ue] suum Columbanum supradictum cenobium regeret, & in omnem disciplinam regularis tenoris mentes fratrum provocaret, copit contra eum antiqui hostis versutia lethifera discordia virtus noxiis istibus laxare, excitans & instigans adversis eum aliquorum corda subditorum stratum, qui misitando, ac sacra religioni derogando, dicebant se nimiam austerita- tem fervoris non posse ferre, & ardor disciplina rigorem portare non valere. At ille, ut erat sacro semper animo di- vina moderamina gestans, pia fomenta praebere, & salutis antidoti, quo sanies putrefacta amputatur, potum dare statuetis, tumentia corda mollire nicebatur: multis pœncibus exorians eos, ut se non relinquenter, sed ardui iti- neris callem fortiter tenerent: reminiscentes, quia sancti patres per mortificationem carnis & contemptum praesci- tis vita regna celorum possiderent. Tandem cum nihil se proficere certeret, nec eos sanctorum patrum exemplis ad regularem distributionem inflectere posset, finit eos perti- naces abire. Poliquam ergo segregati sunt ab eo, alii eo- rum marinis sinibus recipiuntur, alii locum eremi ob li- bertatem habendam petierunt, & temeritatis intenti inibi positi, arroganter sua mox damnâ senserunt. Nam cùm in eisdem locis morarentur, & virum Dei suis detractionibus lanient, unus eorum, qui Roccolenus dicebatur, qui & iugitorum incrementa ministraverat, subiit ita febribus igneo accessu inter pœnarum incendia clamare cepit; ita, si valuerit, ad B. Attalam venire velle, & admisisi criminis damnâ penitentiae medicamento lenire. Nec mors, vix hec dicere licuit, itatim q[ui]obmunituit, ac extrellum halitum dimisit. At hi, qui aderant, videntes viri Dei injurias divina ultione vindicari, plurimi eorum ad virum Dei reme- bant, suasq[ue] noxas confitentur, se in omnibus, si recipian- tur, emendatores pollicentes. Quos vir sanctus miro gau- dio, ac si è luporum ore liberatas oves receperit, & suis in lo- cis singulos eorum relinxit. At verò alii, qui verecundia præveniente, vel arroganter vitio maculati redire nolue- runt, & datum penitentiam locum contemperant, diversis mortibus sunt direpti: ut matrifestè daretur intelligi, socios eos fuisse ejus, ad excitanda contumacia incremera, quem ultius divina percussit, ac propriece cùm ceteris veniam non meruisse. Nam unus eorum, Theodemundus nomine, securi percussus interiit: alius, dum pârvi fluminis alveum transmearet, irretitus poplitibus, per patavulari undam necatus est: tertius verò, qui Theodatius dicebatur, cùm se-